



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De rectitudine intentionis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

quenti quotidianorum defectuum confessione farcire satagas.

Paragr 2. *De rectitudine intentionis.*

**P**uritatem internam mentis sequitur *rectitudo intentionis* quæ efficit, ut sacrificium hoc, ad Dei gloriam ordinatum, tantum ad eandem gloriam, vel quæ, ad illam spectant, referatur. Qui aliter celebrat, dignus est ab omnibus deplorari, prout etiam S. Bonaventura tract. de preparat. ad Missam cap. 3. deplorat hisce verbis: *Va, va, va, Domine Deus, quanti hodie infelices ad sacros ordines accedunt, & divina mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum quærentes non spiritum, sed lucrum, non Dei honorem, sed suam ambitionem, non salutem animarum, sed questum pecuniarum; &c.* Quia & illud peculiariter cavendum est, ne ex sola quadam arida & insipida consuetudine ad sacrificium offerendum atcedas, sed excelsum aliquem, cœlestem ac sublimem finem tibi actuali intentione proponas. Quales sunt, qui sequuntur: Dei honorem, nostrumque aut proximi etiã commodum spectantes; id est, Spiritua-  
lis



lis cum Christo unio atque transformatio, qua divinis cogitationibus, affectibus, ac moribus, in Deum quodammodo transformeris. Quamquam D. Bonaventura ubi *suprà*, alios etiam fines addat, ut sunt, 1. Peccatorum venia atque remissio, 2. propriæ infirmitatis subsidium, 3. Tentationis amotio, 4. alicuius boni Spiritalis impetratio, 5. Pro acceptis gratiarum actio, 6. Subsidium vivorum atque mortuorum, 7. Laus Dei & Sanctorum eius, 8. Gratia interioris augmentum, 9. perseverantiæ in beneceptis impetratio, 10. Sanctificatio ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut Deo in virtute excessivæ charitatis adhareamus.

Alij ex 7. orationis dominicæ petitionibus septem fines eliciunt, atque unicuique diei rotius hebdomadæ finem suum attribuunt. Alij totidem fines ex 7. verbis à Christo Domino in Cruce prolatis elicientes, eosdem in totidem septimanæ dies dispertiunt: Quemcumque modum tenueris, id semper cures, ut ex purissima intentione Deo placendi, teque illi per amorem uniendo; ad celebrandum accedas, valorem quidem

Missæ



Missæ ei præcipuè applicans, pro quo celebrare teneris, sed etiam memor ut semper in virtute ac mentis puritate proficias.

Parag. 3. De excitatione devotionis.

**H**Æc excitatio in eo consistit, ut Sacerdos sit devotione flagrantissimus, eo quod panem cœlestem amore calidum, & prunam igne cœlesti accensam oblaturus sit. Qualis erat ille calculus apud Isaiam cap. 6. qui Christum (teste S. Cyrillo. lib. 1. in Isa) repræsentabat: hic enim est vere carbo ignitus, intus ac foris igne plenus; vel carbunculus seu gemma pretiosa igneæ naturæ, quæ ad modum ignis fulget ac splendet, ut Sacerdos pariter hunc calculum tangens, ac gemmam in sinu recondens, remota omni tepiditate, igne charitatis & devotionis ardeat. Excitatur autem hic ignis cœlestis, a trenta huius mysterij consideratione cuius tanta vis est, ut saxea, vel etiam ænea corda ad tanti ignis præsentiam, liquefiant. Et quamquã in eo innumera sint, de quibus meditari liceret: Tamen, tria illa capita (Quis,

P

AD